



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum sit pars iustitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quam in dictis, ut. cad unumquemq; se habeat, fm A quod decet. Et ideo oportet esse quendam specialem virtutem, quae hanc convenientiam ordinis obferuet, & haec vocatur amicitia, siue affabilitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Philoso. in libr. * Ethic. de duplici amicitia loquitur, quarum una consistit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit: & haec potest consequi quamcumque virtutem.

Quae autem ad hanc amicitiam pertinent, supra de charitate dicta sunt. * Aliam vero amicitiam ponit, quae consistit in solis exterioribus verbis, uel factis, quae quidem non habet perfectam rationem amicitiae, sed quandam eius similitudinem, in quantum aliquis decenter habet se ad illos, cum quibus conuersatur.

AD II. Dicendum, quod omnis homo naturaliter omni homini est amicus quodam generaliamore, sicut etiam dicitur Eccl. 13. qd omne animal diligit simile sibi. Et hunc amorem representat signa amicitiae, quae quis exterius ostendit in verbis, uel factis, etiam extraneis, uel ignotis; unde non est simulatio. Non enim ostendit eis signa perfectae amicitiae, quia non eodem modo se habet familiariter ad extraneos, sicut ad eos, qui sunt sibi speciali amicitia iuncti.

AD III. Dicendum, qd cor sapientum dicitur esse ubi tristitia, non quidem, ut ipsi proximo tristitiam inferat, dicit enim Apost. ad Ro. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non fm charitate ambulas: sed ut contristantibus consolationem conferat, fm illud Eccl. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Cor autem multorum est ubi laetitia, non quidem ut ipsi alios laetificent, sed ut ipsi aliorum laetitia perfruantur. Pertinet ergo ad sapientem, ut condelectationem affectat his, cum quibus conuersatur, non quidem laeticiam, quam virtus cauet, sed honestam, secundum illud Psal. 132. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Quandoque tamen propter aliquod bonum consequens, uel propter aliquod malum excludendum, non refugit virtuosus eos, quibus conuiuit, contristare, ut Philosoph. dicit in 4. Ethicor. * Vnde & Aposto. dicit 2. ad Corinth. 7. Si contristati vos in epistola, non me poenitet. & postea: Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Et ideo his, qui sunt prouisi ad peccandum, non debemus hilarem vultum ostendere ad eos delectandum, ne uideamur eorum peccato consentire, & quodammodo peccati audaciam ministrare. Vnde dicitur Eccl. 7. Filiae tibi sunt, serua corpus earum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

Super Quaestione centesima decima quarta Articulum secundum.

ARTICVLVS III.

Utrum huiusmodi amicitia sit pars iustitiae.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, qd huiusmodi amicitia non sit pars iustitiae. Ad iustitiam enim pertinet reddere debitum alteri: sed hoc non pertinet ad hanc virtutem, sed solum delectabiliter aliis conuiuere. ergo huiusmodi virtus non est pars iustitiae.

¶ 2. Praet. Secundum Philoso. in 4. Ethico. * Huiusmodi virtus con-

sistit circa delectationem, uel tristitiam, quae est in conuiuiu: sed moderari maximas delectationes pertinet ad temperantiam, ut supra habitum * est. ergo haec virtus est magis pars temperantiae, quam iustitiae.

¶ 3. Praet. Aequalia inaequalibus exhibere, contra iustitiam est, ut supra habitum est: * sed sicut Philoso. dicit in 4. Ethicorum. * Haec uirtus similiter ad notos & ignotos, & consuetos & incon-

suetos operatur. ergo haec uirtus non est pars iustitiae, sed magis ei contrariatur.

Sed contra est, qd Macrob. * ponit amicitiam partem iustitiae.

Respo. Dicendum, quod haec uirtus est pars iustitiae, in quantum adiungitur ei, sicut principali uirtuti. Conuenit enim cum iustitia in hoc, quod ad alterum est, sicut & iustitia. Deficit autem a ratione iustitiae, quia non habet plenam debiti rationem, prout aliquis alteri obligatur, uel debito legali, ad cuius solutionem lex cogit, uel etiam aliquo debito proueniente ex aliquo beneficio suscepto: sed solum attendit quoddam debitum honestatis, quod magis est ex parte ipsius uirtuosi, quam ex parte alterius, ut scilicet faciat alteri, quod deceat eum facere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum * est, quod homo naturaliter est animal sociale, debet ex quadam honestate veritatis manifestationem aliis hominibus, sine qua societas hominum durare non posset. Sicut autem non posset homo uiuere in societate sine veritate, ita nec sine delectatione: quia sicut Phil. * dicit in 8. Ethico. Nullus potest per diem morari cum tristi, nec cum non delectabili. Et ideo homo tenetur ex quodam naturali debito honestatis, ut aliis delectabiliter conuiuat, nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando alios uiliter contristare.

AD II. Dicendum, quod ad temperantiam pertinet refranare delectationes sensibiles: sed haec uirtus consistit circa delectationes in conuiuiu, quae ex ratione proueniunt, in quantum uisus ad alterum decenter se habet. Et has delectationes non oportet refranare tamquam noxias.

AD III. Dicendum, quod uerbum illud Philosophi non est intelligendum, quod aliquis eodem modo debeat colloqui, & conuiuere notis, & ignotis: quia ut ipse ibidem * subdit, non similiter conuenit consuetos, & extraneos curare, aut tristare: sed in hoc attenditur similitudo, quod ad omnes oportet facere quod decet.

turali ratione est, ut unusquisque conuersetur cum altero, prout socium, & conuersantem hominem delectet. Et quoniam cum tristis, aut non delectabili persona eligibilis non est conuersatio, ideo & unicuique debetur, quod conuersatio cum ipso fiat delectabilis: & quilibet qui conuersatur, debet delectabiliter conuersari: sed quia debitum hoc non fundatur super inaequalitatem aliqua ex eo, quod hic aliquid accepit ab eo, ac per hoc debeat recipere, ut ad aequalitatem reducantur, ut accidit in debito iustitiae commutatae, & in uirtute gratitudinis: sed super commensurabilitate actuum nominis ad alium in conuersando, ex hoc namque, quod actus mei sunt secundum rationem commentu rabiliae socialis uitae, debeo ego componere eos, prout me decet, in ordine ad uitam socialem: Ideo debitum hoc magis se tenet ex parte ipsius uirtuosi debeat facere, quod eum decet ad omnes.

¶ Nota secundum, quod quia affabilitas ex debito moralis est, sine quo honestas moris in conuersatione humana saluari potest, sed non bene, ut patet ex his, quae in littera habes, & ex quaest. 80. ubi distinctae sunt partes iustitiae: ideo omisio affabilitatis extra peccata uenialia non est.

¶ Nota secundum, quod quia affabilitas ex debito moralis est, sine quo honestas moris in conuersatione humana saluari potest, sed non bene, ut patet ex his, quae in littera habes, & ex quaest. 80. ubi distinctae sunt partes iustitiae: ideo omisio affabilitatis extra peccata uenialia non est.

¶ Nota secundum, quod quia affabilitas ex debito moralis est, sine quo honestas moris in conuersatione humana saluari potest, sed non bene, ut patet ex his, quae in littera habes, & ex quaest. 80. ubi distinctae sunt partes iustitiae: ideo omisio affabilitatis extra peccata uenialia non est.

¶ Nota secundum, quod quia affabilitas ex debito moralis est, sine quo honestas moris in conuersatione humana saluari potest, sed non bene, ut patet ex his, quae in littera habes, & ex quaest. 80. ubi distinctae sunt partes iustitiae: ideo omisio affabilitatis extra peccata uenialia non est.

Elleitur ex 1. 2. q. 50. ar. 5. & q. 61. artic. 3.

q. 59. arti. 1.

Lib. 4. ca. 6. ante mediu. como 5.

Lib. 1. in 2. fo. ante mediu. ib.

q. 109. ar. 3. ad 1.

Lib. 8. ca. 5. como 5.

Lib. 4. Ethic. cap. 6. circa med. to. 5.

Super questionis cen
tesimaquinta deci--
ma articulum pri-
mum.

QV AEST IO. CXV.

De Adulatione, in duos articulos
diuisa.

DEINDE considerandū
est de uitis oppositis
prædictæ virtuti.

¶ Et primo, De adulatione.

¶ Secundo, De litigio.

CIRCA adulationem quærun-
tur duo.

¶ Primo, Vtrum adulatio sit pec-
catum.

¶ Secundo, Vtrum sit peccatum
mortale.

ARTICVLVS II.

Vtrum adulatio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, q̄ adulatio non sit
peccatum. Adulatio enim consi-
lit in quodā sermone laudis alte-
ri exhibito intētionē placēdi: sed
laudare aliquem non est malum,
s̄m illud Prouer. vlt. Surrexerunt
filii eius, & beatissimā prædicauē-
runt, uir eius & laudauit eam. Si-
militer, & uelle placere aliis non
est malum, s̄m illud 1. ad Cor. 10.
Per omnia omnibus placeo. ergo
adulatio non est peccatum.

¶ 2. Præter. Bono malum est cōtra-
rium, & similiter vituperium lau-
dis: sed vituperare malum, non est
peccatum. ergo neque laudare
bonum, quod uidetur ad adula-
tionem pertinere, ergo adulatio
non est peccatum.

¶ 3. Præter. Adulationi detractio cō-
trariatur. Vnde Gre. * dicit, q̄ me-
dium contra adulationem est
detractio. Sciendum est, inquit, q̄
ne immoderatis laudibus eleue-
mur, plerūq; nostri rectoris mo-
deramine detractioibus lacera-
ri permittimur, ut quos uox lau-
dantis eleuat, lingua detrahentis
humiliter: sed detractio est malū,
ut supra habitum * est, ergo adu-
latio est bonum.

Sed contra est, quod super il-
lud Ezeq. 13. Næ qui cōsumunt pul-
uillos sub omni cubito manus,
dicit gl. * id est, suauem adulationem.
ergo adulatio est peccatū.

Respon. Dicendum, q̄ sicut
supra dictum est, * amicitia præ-
dicta, uel affabilitas etsi principa-
liter delectare intendat eos, qui-
bus conuiuuit, tamen ubi necesse
est, propter aliquod bonum exe-
quendum, uel malum uitandum,
non ueretur contristare. Si ergo
aliquis in oibus uelit ad delecta-

tionem alteri loqui, excedit mo-
dum in delectādo, & ideo peccat
per excessum. Et si quidem hoc
faciat sola intentione delectādi,
uocatur placidus, s̄m * Phil. Si au-
tem faciat hoc intentione alicuius
lucris cōsequendi, uocatur uidi-
ditor, siue adulator. Cōter tri-
nomen adulationis attribui solet
omnibus, qui supra debitum
modum uirtutis uolunt alios uer-
bis, uel factis delectare in com-
muni conuersatione.

AD PRIMVM ergo dicendum,
q̄ laudare aliquē contingit, & be-
ne, & male, prout. debita circum-
stantia uel seruantur, uel præter-
mittuntur. Si enim aliquis aliquē
uelit delectare laudando, ut ex
hoc eum consoletur, ne in tribu-
lationibus deficiat, uel etiam, ut
in bono p̄ficere studeat, aliis de-
bitis circumstantiis obseruatis, p̄-
tinebit hoc ad prædictam uirtutē
amicitiæ. Pertinet autem ad adu-
lationem si quis uelit aliquem lau-
dare, in quibus non est laudādius,
quia forte mala sunt, s̄m illud
Psal. 9. Laudatur peccator in desi-
deriis animæ suæ: uel quia non
sunt certa, s̄m illud Eccl. 27. Ante
sermonem non laudes uirum.
Et iterum Eccl. 11. Non laudes
uirum in specie sua, uel etiam si in-
mere possit, ne humana laude ad
inane gloriæ prouocetur.

Vnde dicitur Eccl. 11. Ante mo-
tem ne laudes hominem. Similit-
ter etiam uelle placere homini-
bus propter charitatem mutuen-
dam, ut in ea homo spiritaliter
proficere possit, laudabile est.
Quod autē aliquis uelit placere
hominibus p̄ inane gloriæ, uel
p̄ p̄ lucri, uel etiam in malo, hoc
est peccatum, s̄m illud Psal. 51.
Deus dissipabit ossa eorum, qui
hominibus placent. Et Apo. dicitur
hominibus placere, Chriſti seruare.

AD II. Dicendum, quod adu-
latio, si non adhibeantur debite
circumstantiæ, & similiter laudare bonum
est contraria: & ideo licet delectatio
& adulatio, quæ contrariatur ei quæ
dicuntur, non autem directè opor-
tet, quia adulator quærit delectationem
suam, cum aliquando occurrat delectatio
quærit eius infamiam.

ARTICVLVS II.

Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

AD SECUNDVM sic proceditur.
Videtur, q̄ adulatio sit pecca-
tum mortale, quia secundum adu-
gnū. * in Enchir. Malum dicitur,

IN articulo primo
questione 113. in
reipōsione ad pri-
mum, dubium occur-
rit circa illud uerbū,
Quod peccatum est
set, si quis uellet pla-
cere hominibus pro-
pter lucrum: uidetur
hoc falsum: Tū quia
in 4. Ethic. de affabili-
dicitur, q̄ conſtata-
bit non contristare,
uel placere, referens
ad honestum, uel uir-
te non est ergo pec-
catū referre hoc ad
utile, ex quo est actus
uirtutis. Tū quia iste
finis, scilicet propter
lucrum, non importat
aliquid malum,
sicut importat ly p̄ p̄
inane gloriā: & pla-
cere hominibus,
nec importat malū,
nec importat malū,
nec aliquid spiritua-
le non ordinabile ad
lucrum, ergo placere
hominibus non fit
malum moraliter ex
hoc, quod fit propter
lucrum. Præterea, in
ludicris placere ho-
minibus propter lu-
crum non est pecca-
tum, ut patet in his
qui de humiliori arte
uiuunt in curiis
principum, qui hi-
striones uocantur. er-
go nec in seriis place-
re hominibus pro-
pter lucrum est pec-
catum. Et tenet seque-
la, quia utrobique pla-
cere hominibus ordi-
natur ad eorū de-
lectationem in mae-
ria temporalī.

¶ Ad hoc dicitur, q̄
quia in seriis quilibet
ex debito oportet,
quod se habeat in
conuersatione, ut ip-
sum decet, ideo tur-
pe esset si sub pretio
hoc poneretur. Quē
ad modū si quis uel-
let sibi solum hoc ip-
sum quod in conuer-
sando, & colloquen-
do uerum diceret.

¶ Vnde ad primam
obiectionem dicitur,
quod ly honestum,
& utile non dicit fi-
nem affabilitatis, sed
finem actum, qui
sunt affabilitatis ma-
teria, ita quod inten-
dendū Aristot. quod
colloquia, & opera,

In registr.
libro 9. epi-
39. ante me-
dium. Et 22.
mor. cap. 9.

q. 71. arti-
3.

Glo. inte rli
near. ibid.

q. præced.